

Zc  
7027

EINERCLADELLE

12. APRIL 1812

TO MELVILLE

MUSICHIESENDE

MACONOBURNE

RECEIVED

BIBLIOTHECA  
POLONIAWANA

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK  
HALLE (SAALE)

X 2054952

Andr. Moller.

F.K.62.

30

1. APRIL 1812  
MUSICHIESENDE  
MACONOBURNE  
RECEIVED  
BIBLIOTHECA  
POLONIAWANA  
UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK  
HALLE (SAALE)  
X 2054952



# RECTOR ACADEMIÆ LIPSIENSIS

*Omnibus hæc literas lecturis cum debitâ honoris prefatione S.*

**V**ITÆ ATQVE STUDIORUM APUD NOS OLIM TRACTA-  
torum testimonium, serò quidem at seriò flagitavit à Nobis, Eximius humanissimus & literatissi-  
mus Vir, ANDREAS MOLLERUS PEGAVIENSIS, optimar. artium & Philosophia Magister &  
Poëta Laureatus Cæsarius, Scholæ Friburgensis ProRector & Sanctæ Linguae Lector Extraordi-  
narius. Flagitavit autem nostrâ quidem sententiâ, non tam ad majorem sui commendationem aut  
famam, qui aliàs finis id generis testimoniis esse solet; utpote quem propriæ virtutis laus & existi-  
matio, Nobis etiam tacentibus, multorum, eorumq; Magnorum atque celeberrimorum Virorum  
amori & favori dudum inseruit, adeò ut per illos ad honestam opinionem nominis & diversos  
honoratorum officiorum titulos, ab eo tempore, quo discessit ex Academiâ, feliciter profluxerit: Sed potiùs eum in  
finem testimonium nostrum sibi im pertiri voluit, ut de illis, qui ad suscipiendam ac ingrediendam rationem studiorum  
primi autores ductoresq; sibi extitissent, publicè constaret. Est enim animi valde ingenui, per quem in literis aut mori-  
bus profeceris, eum fateri & agnoscere candidè. Nos ut gratissimi discipuli candorem atq; gratitudinem minimè asper-  
nari voluimus, sed dignissimum judicavimus, cuius propositum in multorum aliorum exemplum eat: sic humanitatis  
erat nostræ obsequi voluntati ejus, atq; ipsius honestissimam & integerrimam famam nostræ quoque suffragationis fide  
alere & harum testimonialium autoritate confirmare. Postquam igitur hic noster Anno C H R I S T I millesimo, sexcen-  
tesimo, decimo quinto, ætatis verò decimo septimo, aliam nostram Academiam ingressus, & per usitatam inscriptio-  
nem, ab Antecessore nostro, Viro tūm temporis Clarissimo & Consultissimo, Dn. JOANNE CURTI, J.U. Doctore & Pro-  
fessore publico &c. matriculæ jus, dicto Sacramento, consecutus esset, nihil prius habuit vel antiquius, quām ut Profes-  
soribus publicis asidua frequentatione lectionum & reliquorum exercitiorum Academicorum, nec non inculpatæ vitæ  
probitate, ac modestiâ magis magisq; innotesceret, & commilitonibus præluceret. Inprimis literas Græcas & latinas  
una cum Orientalibus linguis, naturæ singulari propensione, diligenter excoluit; & propterea Viri itidem Clarissimi  
quondam & Experientissimi Dn. JOANNIS SIGLICII, Philosophiæ atq; Medicinæ Doctoris & Professoris Academicici, Græ-  
cas literas ad miraculum usq; docti conversatione atq; contubernio ita est delectatus, ut eo per integrum ferè biennium  
præ alio quocunq; uteatur. Cumq; hoc elapso Francofurtum ad Moenum, atq; inde in Heidelbergensem Academiam,  
unā cum suo discipulo, Patritio Francofurtensi excurrit, post ibi exactum semestre spaciū, non Lipsiam priùs, quām  
ad suum illud pristinum μεστιον Siglianum reverti. Etsi verò cuperet enīx Parens, Vir Reverendus & doctissimus,  
verbi divini apud Pegavienses præco & minister fidelissimus ac bene meritus, suum hunc filium, paterna vestigia pre-  
mentem, idem sacri studii genus amplexari, in quo ipse magno ecclesiæ C H R I S T I bono honoratè consenserat: etsi insu-  
per progressus in hoc genere non contemnendos filius fecisset, nec ad prosequendum occasionses deessent haut vulgares:  
quia tamen, ut in proverbio dicitur, Naturæ sequitur semina quisq; suæ; idcirkò partim naturæ instinctu, partim hortatu  
& suggestionibus Siglianis à Theologico sensim ad Jaticum seu medicum deflexit, aurium operâ in ipso Academicæ  
aditu & toto postea tempore navata cùm aliis tūm in primis præcipuis duobus Medicinæ Doctoribus Dn. SIGISMUNDO  
SCHILLINGIO, Medicæ Facultatis Decano, & deinde səpè laudato SIGLICIO, selectis aliquot discipulis Hippocratis Apho-  
rismos inter alia domi privatim enarranti, adhac cathedrâ medica sub præsidio Sigliano publicè consensâ & Respon-  
dentis partibus in se suscepit & cum industriæ singularis laude obitis administratisq;. Philosophorum porrò & hu-  
maniorum studiorum pena quām strenuè urserit & nexu æquè jucundo & amabili, quām necessario & utili cum exerci-  
tationibus medicis conjunxit, id verò complures eruditæ ipsius & disputationes & declamationes de diversis materiis  
& argumentis publicè habitæ, quādam etiam typis excusæ ita loquuntur, ut verbis non sit opus. Nam quid de hoc dice-  
mus? quod post impetratum utrumque gradum philosophicum, primum Anno 1618. alterum & supremum Anno 1620.  
summo cum plausu & congratulatione ordinis Philosophici, distincta Collegia dissentibus aperuerit, Hebræa, Logica,  
Physica, seq; non his modò sed amplioribus quoque honoribus & promotione dignum ostenderit. Ac sanè dubium est  
nullum, si diutiùs adhærescere & quasi coalescere voluisse aliae suæ matri Academiæ, quin ipsi ornamento singulari,  
scholasticæ publi eximio bono futurus fuisset. Verū destinabat ei Deus spartam aliam. Unde à Nobilissimo & Strenuo  
Viro, Dn. JOANNE MOSDORFIO in Gnamihoff, Exule Carinthiaco & sene sexagenario, ad provinciam se suisq; Musis con-  
dignam expetitus, Nobis valedicens & suum sexennale curriculum Academicum abrumpens, suavem gratamq; sui me-  
moriam Academiæ monumentis altissimè impresit. Quæ cum ita se habeant, omnes & singulos, quibus legendi has  
nostras & inspiciendi copiam faciet, reverenter, officiosè & amanter rogatos volumus, ut non tantum veracissimæ asser-  
tioni nostræ fidem adhibeant, sed etiam hunc olim Alumnum nostrum, nunc autem juventuti & proximo suo alibi in  
officiis sat honoratis utiliter inferuentem, omnî studio, benevolentia & ope complectantur, non de ipso tantum, sed  
etiam de Nobis ipsius intercessoribus præclarè merituri: Qnibus vicissim omnia reciprocæ benevolentia & humanitatis  
studia prolixè polliciti, divinam protectionem in his fatalibus turbis ac ruinis Imperiorum, animitus comprecamur.  
Scriptum & firmatum sigillo Academico Lipsiæ d. 9. Septembr. Anno Christiano 1633.

L.S. *Philippus Müller Med. artis Licentiatus, Professor Mathem. publicus*  
*& p. t. Academia Rector in majorem fidem subscripsit.*



Le Port R

I.C.

Quellenkataloge und Inventare

Von

M.



# RECTOR ORACADEMIAE LIPSIENSIS

1V, 441

Omnibus hōsc literas lectoris cum debitā honoris prefatione s.

## MEDITATIONE ATQVE STUDIORUM APUD NOS OLIM TRACTA-

torum testimonium, serō quidem at seriō flagitavit à Nobis, Eximius humanissimus & literatissimus Vir, ANDREAS MOLLERUS PEGAVIENSIS, optimar. artium & Philosophiae Magister & Poëta Laureatus Cæsarius, Scholæ Friburgensis ProRector & Sanctæ Linguae Lector Extraordina-

rius. Flagitavit autem nostrâ quidem sententiâ, non tam ad majorem sui commendationem aut & existi-

/orum

diversos

rum in

it mori-

ne asper-

anitatis

onis fide

sexcen-

criptio-

Clarissimo & Consultissimo, Dn. JOANNES Curtio, J. U. Doctore & Pro-

fessore publico &c. matriculæ jus, dicto. Sacramento, consecutus esset, nihil prius habuit vel antiquius, quam ut Profes-

soribus publicis assidua frequentatione lectionum & reliquorum exercitorum Academicorum, nec non inculpatæ vitæ

probitate, ac modestiâ magis magisq; innotesceret, & commilitonibus præluceret. In primis literas Græcas & latinas

una cum Orientalibus linguis, naturæ singulari proponâ, diligenter excoluit; & propterea Viri itidem Clarissimi

quondam & Experiensissimi Dn. JOANNIS SIGILLI, Philosophiaæ atq; Medicinæ Doctoris & Professoris Academicorum,

cas literas ad miraculum usq; docti conversatione atq; contubernio ita est delectatus, ut eo per integrum ferè biennium

præ alio quocunq; uteretur. Cumq; hoc elapsi Francofurtum ad Moenum, atq; inde in Heidelbergensem Academiam,

unâ cum suo discipulo, Patrio Francofurtensi excurrisset, post ibi exactum semestre spaciun, non Lipsiam prius, quam

ad suum illud pristinum *μετεῖον* Sigilianum reverens est. Etsi verò cuperet enixè Parenz, Vir Reverendus & doctissimus,

verbi divini apud Pegavienses præco & minister fidelissimus ac bene meritus, suum hunc filium, paterna vestigia pre-



## TIFFEN® Color Control Patches

	Blue	Cyan	Green	Yellow	Red	Magenta	White	3/Color	Black
honoratori finem testi primi auto bus profece nari voluin erat nostræ alere & haru resimo, dec nem, ab Antecessore nostro, Viro tūm temporis Clarissimo & Consultissimo, Dn. JOANNES Curtio, J. U. Doctore & Prof fessore publico &c. matriculæ jus, dicto. Sacramento, consecutus esset, nihil prius habuit vel antiquius, quam ut Profes soribus publicis assidua frequentatione lectionum & reliquorum exercitorum Academicorum, nec non inculpatæ vitæ									

honoratori  
finem testi  
primi auto  
bus profece  
nari voluin  
erat nostræ  
alere & haru  
resimo, dec  
nem, ab Antecessore nostro, Viro tūm temporis Clarissimo & Consultissimo, Dn. JOANNES Curtio, J. U. Doctore & Prof  
fessore publico &c. matriculæ jus, dicto. Sacramento, consecutus esset, nihil prius habuit vel antiquius, quam ut Profes  
soribus publicis assidua frequentatione lectionum & reliquorum exercitorum Academicorum, nec non inculpatæ vitæ